

MARTINI BUCERI

tionē, tandē pudefiēt, tanta cōtra nos mēlicentes. Idem Dominus & seruator noster IESVS, & uestram fidē feliciter prouehat, liberetq; ab absurdis hominibus, qui ueritati ubiq; obstrepunt, ut effulgeat tandem undiq; gloria eius, et redeat beatum regnum eius. Ipsi sit laus & gratiarū actio in secula, amen. Orant fratres, ut & de uestro in Euangelio profectu nobis scribatis, Ecclesiam nostram eo consolaturi in Domino. Argentorati. 27. Iulij.

Hæc est illa præfatio, quæ incorruptis iudicijs, haudquaquam spero, ut Luthero, dira & sacrilega iudicabitur.

Epistola ad Christianum Lectorem de loco illo Pauli: An nescitis, quod qui in stadio currunt, &c. 1. Cor. 9. usq; Sed plures illorum nō adpro. Deus. Martini Buceri.

m Artinus Lutherus, per quem magna admodum nobis diuina bonitas donauit, cuius ob id authoritas pijs omnibus iure sacrosancta est, & a me nunquam conuelletur, hæc Ecclesie Christi, fide optima scriptis, nequaquam tamen, ut nolit, sicut par est, omnium mortalium scripta, ad regulam fidei excuti, & probari, neq; insolens putauerit, si quod usuuenit omnibus quot & quot sancti scriptum nobis aliquid reliquerunt, alicubi, & sibi